



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

30. De Vsu sacrarum scripturarum ab Ecclesia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

re exigendi, non petendi actum coniugij. Iustum quippe est, ut iniuriam faciens matrimonio, & a fide recedens, ius cogendi alterum ad seruandum sibi promissum perdat, simplici tñ petitione actū coniugij postulare non prohibetur a volente sibi consentire, sicut in alijs debitis, quāuis extintis iure pōt creditor petere a voluntario debitore, q nō vult iuris rigore vti. Sed ex hac rōne vxore offendam in nullo ligat, non est n. addenda afflīctio, sat est q̄ quatenus offenditum est, ipsam afflīctio. Si secundo modo, vxor innocens nō tenetur ad abstinentiam actus coniugij, nisi vt haber rōne remedij curatiui criminis viri, & hoc quia non tenetur ad hoc nisi rōne p̄cepti de correctione fraterna, ac iuxtamandatum Dñi Matth.18. Si peccauerit in te frater tuus, &c. si monitio verbis facta p̄ se, vel alios non sufficit, (quum ipsa non possit verbere virum adducere ad penitentiam, sicut econtrario) tenetur adhibere penalem medicinā, abstinentendo ab eo, & denuntiare Ecclesię, si hoc nō sufficit. Sed qm̄ p̄ceptum de correctione fraterna non habet locum, ybi non est spes penitentiae, qm̄ finis eius est bonū ipsius peccatoris,) ideo, si vxor non sperat penitentiam per hoc remedium, non tenetur ad illud faciendum, & tanto minus si credit q̄ peior fiet. Si tertio modo, sic quim procura-re bonum cōe in huiusmodi fiat per viam accusa-tionis, non tenetur vxor ex solo crimine adulterii viri, quum hoc non sit in corruptionem spiritua-lem, vel corporalem boni cōis, nisi annexam h̄et corruptelam fidei Chrifianæ, vel proditionem pa-triaræ, & huiusmodi. Si quarto modo, tunc pro tāto habet speciem mali, (vt communiter affirmatur,) quod innocens misceatur adultero publico, pro quanto videtur illius peccato cōsentire, correctioni debitan non apponendo. Constat autem, quod si non est spes penitentiae per huiusmodi ab-sentiam, correc̄tio h̄ec non est debita fm̄ veritatē, & quod si notum est, quod vxori hoc valde displaceat, & propterea ducit in amaritudine animam suam, (vt communiter accidere videtur) celat ratio apparentis mali & scādali actū in vxore. Enī omnibus igitur considerationib, opportunis concluditur, quod vxor innocens, & in amaritudine anime posita de viri adulterio publico, non sperans per abstinentiam actus coniugij emenda-tionem viri, non tenetur ad abstinentiam ab eo, sed licet potest matrimonio vti tam petendo, quā reddendo.

Et ad obiectiones in oppositum dicuntur, quod nec vir tenetur ad abstinentiam, nisi subsit spes correctionis futura & ratione scandalis. Sed quia ad virtum spectat corriger vxorem etiā factō, ideo tenetur ad vtendum omnib, remedij vitilibus sibi tamen conuenientibus, puta ad verberandum eā, segregandum q̄ue à prāctica, & huiusmodi, inter quā remedia computatur abstinentia a thoro il-lius, quando creditur expediens. Tenerit quoque magis ad euacuandum a se scandalum actuum, quia non facilē creditur vxorem publicē adulterari sine tacito consensu viri. Propter hāc nanque duo omnes autoritates allata dānanti virum nō separantem se ab adultera, vt patronum turpitudinis. Nec sacri canones intelligendi sunt condidisse nouum ius, sed applicasse doctrinam diuini iuris ad materiam matrimonij. Vnde & patrocinium peccati & patrocinatus turpitudinis, & huiusmodi quā diuini iuris sunt, afferunt. Et hāc de qua-sione hac sufficient. Romæ die 14. Martij, 1513.

F T R A C T A T V S T R I G E S I M V S.  
De vīu sacrarum Scripturarum ab Eccle-sia vnica quāstione contentus.

## Q V A E S T I O V N I C A.

An apostol. sedes in sacris canonib⁹ abutatur  
verbis sacra Scriptura.

**G** Haritate Iesu Christi cogente, quāritur an Apostolica sedes in sacris canonib⁹ abutatur verbis sacra Scriptura. Et vide-tur quod sic. Primo, quia Clemēs sextus in extrauaganti, vniogenitus, de poen. & re. abutitur authoritate Prou. c.7. dum ad thesaurum, ex quo sunt indulgentia, applicat eam dicens, quod est thesaur⁹, quo qui vī sunt, participes facti sunt amici-tia Dei. Constat enim quod ad indulgentiarū gratiam non fit homo participes amicitia Dei, sed in ulti-modo satisfacit pro pena debita.

Secundo quia Pelagius Papa in Decre. dist. 21. capitu. quamvis probat sedem Apostolicam esse prælatā cunctis ecclesijs Euangelica voce Matt. 16. Tu es Petrus, & quodcunque solueris, &c. Et tamē constat per illam Domini sententiam non esse Pe-trum prælatum ceteris.

**H** Tum quia verba illa dicta sunt Petro in persona omnium, sicut ipse Petrus respondit pro omnib. Vnde & sacri doctores intelligunt ibi non vni, sed vnitati & qualitatasi omnium dictum. Quodcunque ligaueris, &c. Tum quia ipse Dominus replicauit in plurali eandem sententiam, Quæcunque alligaueritis, Matt. 18. Tum quia Dominus dicit, Quod vni dico omnibus dico, Mar. 13.

Tertiō, quia extra de consti. cap. translato. affer-tur authoritas Apostoli, Translato sacerdotio, ne-cesse est vt translatio legis fiat. Et decretalis senten-tia est, sacerdotium est translatū à Moysi in Christum, & à Christo in Petrum, sic interpretantur Iu-rista: & Ponti. permitit seu approbat. Constat autem impium esse dicere sacerdotium translatū à Christo in Petrum, abusiuē ergo apostolica fides in fās decretalib. sacram Scripturam assert, vim que illi non infert.

In oppositum. est ipsius Apostolice authorita-tis dignitas.

Quāstio hāc mota est charitate urgente, ne hi, qui minus eruditū sunt legentes vulgatas has iniurias Apostolice sedi illatas, putent veras esse. Et si forte hi, qui nouitatisibus istis student, dicant sa-pe-re ad sobrietatem, aut saltē cohibeant linguis suas. Deducet siquidem pastori & doctori omnū Christianorum R. O. Pontifici iā si quandoque transumptiū vtere-tur aliqua authoritate Scriptu-ram, vt crebre doctores sacri faciunt, detrahere non modo contumelias irrogare publicē scribendo, & abutitur sacra Scriptura, quod vim infert sacro elo-quo. Nunquam hoc ab Aug. Hier. Ambr. alijsque sanctissimi Doctribus didicimus. Si quis, inquit Iacobus Apostolus, putat se religiōsum esse non refrānas linguam suam, &c. huius vana est religio. Reducendus quippe est potius aut intellectus, aut sermo in captiuitatem in obsequium Christi i suo Vicario, qn̄ vīr nobis minus confona eius verba, modo fides salua sit, nec ponamus os in celū, prae-sertim q̄ humanum sāpe fallit iudicium, & q̄ vīnus putat abusiuē dictum, alter intelligit proprie-dictum. Et quia accidit in proposito, nulla si-quidē inducitarum auctoritatū abutitur sacri Ca-nones

nones, sed in proprio sensu illarum qualibet utrumque signum manifestabitur, ideo parvulum huc labore non subterfugi.

Clemens in primis V. I. non abusiuè, sed prievit authoritate Scripturae: quoniam thesaurus, de quo loquitur Scriptura, est thesaurus diuine sapientie: est enim thesaurus meritorum Christi, qui ipsa diuina sapientia, & fons sapientiae. Et quicunque thesauro hoc uero vi sunt, efficaciter consequendo indulgentias, cum perseverantia sine qua quocunque thesauro vanè vtimur, verè participes sunt amici Dei consummatae. Cuius nullus potest esse particeps, quādū obnoxius est poenitentiæ alicui pro quocumque peccato; quoniam Dei amicitia consummata non nisi in cœlesti patria habetur in quā nihil poena subiectum ingredi potest. Quia igitur indulgentie tollunt ab homine impedimenta diuinae amicitiae consummatae, verè & propriè dicitur thesaurus indulgentiarum esse, quo qui utuntur, participes sunt amici Dei. Nec ualeat argumentum, Thesaurus diuinae sapientiae sicut ante indulgentias, & illo quis potest ut sine indulgentiis, ergo indulgentia non spectant ad illum; quoniam thesaurus diuinae sapientiae cōtinet multa in se diuinae sapientiae opera, ut sunt actus sapientiae secundum Deum, & merita Christi ut meritoria, & eadem ut satisfactoria, & multa alia. Et ut thesaurus ipse prior indulgentiis, non dependet ab indulgentiis: sed econtra indulgentie dependent ab illo. Et potest aliquis ut thesauro illo diversimode, propterea potest quis ut illo sine indulgentiis & per indulgentias. Et similiter potest aliquis fieri particeps diuinae amicitiae consummatae, & sine indulgentiis & per indulgentias. Non docet siquidem Romana ecclesia indulgentias esse medium, sine quo non possit diuina amicitia consummata haberi: sed esse medium, per quod potest haberi, tanquam remouens prohibens, ut declaratum est.

Quod autem secundo obiicitur de authoritate euangelica, perspicaciter intentum Pelagio Pontifici abiisque abusivo suffragatur: nam quod illa Domini verba ad solum Petrum dirigantur, ex multis habetur. Primo ex hoc, quod eidem facta est promissio, cui exhibita est promissa res, sed solum Petrum constat a Domino constitutum caput Ecclesie, ut patet Ioan. ultim. vbi Dominus post resurrectionem Petro, ut distincto ab aliis Apostolis, dixit. Pasce oves meas, fecit enim comparationem Petri ad alios, dicens Diligis me plus his? & statim ipsius, non ipius & aliorum martyrum; pastoralis officii fructum subdidit. Qum es es iunior, & cetera. Et hoc ibidem confirmat Chrysostom. Preteriens, inquit, Dominus alios Apostolos, ad rectum dixit, Si amas me, & cetera. Secundo ex eo, quod Dominus dixit, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis, &ceter. certum est enim, quod ex hoc Dominus non beatos dixit omnes Apostolos, nec quod singulis patet reuelauerit quod Petro recordatum est. Et confirmatur, quia inter discipulos erat tunc Iudas, qui non erat beatus nec in re, nec in spe, quem esset fui: ut Ioann. Evangelista. testatur. Tertio patet ex hoc, quod Dominus inchoauit sententiam a Petro, ut ab aliis distincto dicendo. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc, &c. constat autem quod nec de Andrea, nec de Ioane, nec de Iacobu, &c. verificari. Tu es petru. Verba igitur textus Euangeli manifestant, quod retro singulariter dictum est, Tibi dabo claves regni

A cœlorum: ac per hoc Pelagius Papa non abusus sed propriè uisus est auctoritate illa, ad probandum Petri fidem à Domino voce & sensu ceteris esse prælatam. Nec fuit Pelagius primus, qui hac eadē auctoritate uisus est ad idem probandum, quoniam Anacletus martyr sub Traiano hoc idem dixerat, ut habes in decreta dist. cap. secrofan. Ad primam obiectionem respondeatur, quod Petrus dicitur respondisse pro omnibus, quia Dominus communiter interrogauit, Vos autem quem me esse dicitis? sed sicut reuelatio teste Domino, soli Petro dicitur facta ita responsio non ex consilio aliorum, sed ex diuina reuelatione à solo retro facta est. Sed quia omnibus placuit responsio pro omnibus respondisse dicitur: frequentissime siquidem accedit quod multis collegis presentibus quod unus optimè dixit, tanquam si ab omnibus fuerit dictum, habetur: laus tamē solius est illius qui sapienter respondit. Sacri autem doctores accipiētes hanc verbam non pro uino, sed pro uinitate non obstant: quia vera sunt. Nec aduersantur dictis, quia de uinitate ecclesiastica loquuntur, quæ est uinitas ordinis, caput unum habens. Imò interpretatio hæc, Pelagi sensum confirmat, quoniam verba illa dum uinitatem Ecclesie respiciunt, caput unum designant, per quod uinitas Ecclesie claves habeat regni cœlorum, & ordine quodam à Petro ad alios in partem soliditudinis assumentos potestas absoluendi atque ligandi deriuetur. Et propterea non unus Petrus in persona, sed in omnibus successoribus suis, nec unus Petrus cum successoribus solus suscepit claves, ut sol us retineat, sed unitas Ecclesie per unum suscepit, dum Petrus suscepit communicandas in uinitate Ecclesie. Quod autem assertur in argumēto de unitate equalitatis, falsum est, nec est sanctorum sententia de unitate equalitatis sed Ecclesie, quem constat esse uinitatem ordinis. Et aduerte, quod non solum glossa ordinaria, sed Cyrillus inter prios Patres Orientales nulli secundus in libro The sae de Petro & successoribus in Rom. Eccles. hoc intelligit, ut in cath. au. Matth. 16. habes. Ad secundam vero obiectionem dicitur, quod Dns non repli cavit de clauibus regni cœlorum, quum omnibus communiter dixit. Quacunq; alligaueritis in hoc discernendam, relinques excellentiam Petri super alios. Et rursus ordo ipse, dum primo soli Petro, & deinde communiter alii loquuntur, insinuat quod prius Petro, deinde alijs Episcopis auctoritas conuenire debebat absoluendi atque ligandi. Ad tertiam autem, Quod vni dico, omnibus dico, respondeatur, quod Dominus non dixit, Quod vni dico, omnibus do. (non enim omnibus discipulis dedit apostolatus dignitatem, nec etiam omnibus dedit dignitatem septuaginta duorum) in proposito autem non est quæstio de Dicere, sed de Dare, tibi inquit Dominus, Dabo claves, &c. Vnde patet extra propositum esse, quod vni dico, omnibus dico, quod de doctrinali dicere ad literam volunt celestis Magister intelligi, ut instruatio, quam vni impendebant omnibus impensam nuncupetur.

Ad tertium argumentum principale de authoritate Pauli Apostoli dicitur, quod decretalis illa nec somniauit uinquam quod sacerdotium sit trasciatum à Christo in Petrum, quum Petrus non nisi Christi sacerdotii minister sit, & Christi uicarius esse decretales clament. Vnde nulla culpa est Pontificis sicut iuristæ male eam intellexerunt, nisi quis adeo desipiat: ut Pontifici imputet omnes Opusc. Caet. M 2 erro-

errores doctorum, quia non reprobant eos. Admiratio F  
tione profecto dignum est, quod in Papam, in de-  
cretalem, sensum alienum retorquent argentes isti,  
missi manifestior lapsus, testimonium eorum studio  
perhiberet, subdunt enim plusquam contingentiorum  
annorum Christianos totius Orientis, & Africæ  
nunquam sub Romano Pontificis. Nam si Chal-  
cedonensem synodum (unam ex quatuor quas si-  
cū sanctum euangelium Greg. excipit) perlegissent  
Patrumque decreta ac gesta librassent, uidissent cō-  
tigua omnium omnium etatuum testimonia, pri-  
matum Roman. Ecclesiæ præferentia, falsissimum  
que esse Africæ Orientisque Christianos Ro. eccl.  
subditos non fuisse. Ad quod pro nunc sufficient  
duo testes ante annos mille fecerunt. Alter est ex Græ-  
cis Cyrilus, in libro Thes. ut habes in cathena au-  
Matth. 16. dicens, Secundum hanc Domini promis-  
sionem ecclesia apostolica Petri, ab omni seductio-  
ne heretica que conuentione manet immaculata,  
super propositos episcopos, & super oēs primates ec-  
clesiarum & populorum in suis pontificibus in fide  
de plenissima & autoritate Petri. Alter ex Latinis,  
Gregorius scilicet ad Ioannem Episcopum Syracu-  
sanum scribens, Constantinopolitanam Ecclesiam,  
quis eam dubitet sedi apostolicae esse subiectam, vt  
habes in Decr. dist. 22. de Constantinopolita. Magu-  
tie die 22. Martij, 1519.

TRACTATUS TRIGESIMVS PRIMVS,  
Ad Leonem decimum Pontificem maximum  
de septemdecim Responsionib. ad diuer-  
sa præcipua obiecta, quæ pro Mar-  
tini Lutheri assertionibus fa-  
cere uidebantur.

IN XVII. RESONSIONES TRACTATUS  
TRIGESIMI PRIMI.

S V M M A R I V M .

1. De expositione quinque articulorum Lutheri reproba-  
torum. Primus articulus est. Verum est proverbiu-  
m, & omnium hominum doctrinis de contritione adhuc  
traditis prestantis, quod summa penitentia est non am-  
plius peccare, et quod optima penitentia est noua uita.  
Secundus. Neminis remittuntur peccata, nisi credat sibi  
remissa esse, quando Presbyter remittit, &c. Tertius.  
Error illorum magnus est qui uadunt ad communionem  
sacramentum sub hac confidencia, quod sunt confessi, et  
quod cognoscunt esse se sine peccato mortali propter  
preces et preparatoria præmissa, &c. Quartus. Thesau-  
rus ecclesiæ unde Papa dat indulgentias, non sunt merita  
Christi et Sanctorum. Quintus. Si Papa cum magna  
parte ecclesiæ haberet hanc vel illam opinionem & non  
erraret, tamen nec peccatum est, nec heresis contra senti-  
tive (præfertim in re nibil pertinente ad ait salutem) donec  
alterum per generale Cœlicum reprobetur vel approbetur  
K. Quod sentiendum de sex propositionibus, in lamen de beati  
Joseph a quodam Theologo predicatoris. Prima, quod Jo-  
seph fuit magni meritum, & pater putatus Christi, qui  
Christum ipsum palpatum, & eo familiariter uisus est.  
Secunda, quod Joseph sanctus fuit uerus vir uirginis  
Marie, iuxta illud. Iacob autem genuit Joseph virum  
Marie. Tertia, quod fuit uerum matrimonii inter Vir-  
ginem gloriosam, & sanctum Joseph, quod non potuit esse  
nisi per mutuam corporis donationem, quæ fuit inter Jo-  
seph & Virginem. Quarta, quod istud matrimonium fuit  
privilegium, quoniam in isto matrimonio uirgo non dedit  
uolum corporis licet per matrimonium dederit corpus edo-

cia a spiritu sancto, ubi regulariter per contractum matri-  
monij datum corpus, & uis copule carnalis. Quinta,  
quod Virgo Maria dando corpus suum Joseph dedit et  
sanguinem totius corporis, ex quo sanguine fuit comple-  
tum corpus Christi. Sexta, quod hec propositio est uera.  
Ex sanguinibus Joseph fuit formatum corpus Christi, &  
ex sanguinibus propriis Virginis Marie a Joseph san-  
cto dato per contractum matrimonij fuit formatum  
corpus Christi.

3. An matrimonium contractum a iuuenie, postquam rela-  
tionem post discretionis annos ingressus est animo mu-  
tandi omnino uitam, & intra nouitatem tamen annum  
egressus est ad secularem vitam & habitum sit va-  
lidum. G
4. An adulteri ipso facto sit priuatus iure exigendi debita  
a coniuge innocentia.
5. Ad quatuor dubia. Primum, An iuridice inquisitus de  
aliquo crimen teneatur, & debeat nominare compli-  
ces, si non sunt infamati, & ante correctionem frater-  
nam. Secundum. An si ipse tales nominaverit, posse  
index contra tales procedere ad inquisitionem. Tertiū.  
An index sciens defectum alicuius a tribus, vel qua-  
tuor non per modum iudicij, posse ipsum cogere ad de-  
cendum veritatem. Quartum, An infamatus de aliquo  
possumus omnibus inquiriri.
6. An iuys, qui ex Iudeis originem ducunt, si in nullo culpa-  
biles inueniunt, nec aliter suspecti, nisi ratione originis  
sunt possit negari ingressus religionis, & si fuerint no-  
uicii, negari possit professo absque peccato mortaliter  
sit hoc contra preceptum charitatis.
7. An N. ingressus religionem quandam mendicantium, in  
quodam illius conuentu regulari uitæ, cum animo deli-  
berato perseverandi usque ad mortem in illa particula-  
re religione, & in illo particulari conuentu in servitio  
Beata Virginis, cui Ecclesia illa dicata est, post quam  
multos menses ibidem degit, posset ob sceleram ibidem im-  
punita ad seculum intra probationis annua redire.
8. An is qui in choro sic diuinum officium persoluit, quod  
sui chorii versus submisse sibi ipsi soli dicit alterius uero  
chorii uerius audit tantummodo, falsificari precepto  
Ecclesie de persoluendis canoniciis horis.
9. Ad tres quæstiunculas: primam. An usura soluta, ab  
accipiente sine necessitate pecunias mutuo, sit reddenda  
illi, qui soluit. Secundam, An pertinaci et usque ad  
mortem in aliquo veniali, non ex contemptu sed quia  
est veniale, sit deneganda absolutio de ceteris  
peccatis. Tertiam, Quomodo intelligatur delictum pu-  
blicum, ut sine peccato posset reuelari, an quia potest  
probari, an quia fuit de eo connexus coram indice, aut  
quoniam alio modo.
10. An possit annua penitio ex beneficio Ecclesiastico debi-  
ta, pro certa summa pecunie semel persolvenda, redi.
11. An Petrus consignans centum florenos apud Paulum  
mercatorem, ut eis pro parte lucri capitali saluo, as-  
signet quinque, florenos residuo lucri sibi referuato, licite  
contrahat, & restitucionem illorum in foro anime non  
teneat.
12. Ad v. dubia primum, an sit simpliciter de necessitate sa-  
luti penitentem cōsideri de singulis peccatis numeri-  
liter in eadem specie, quando potest ea sigillatum ad  
memoriam reducere. Secundum, Quando circum-  
stantia loci sacri sit necessario confitenda. Tertiū,  
An si tam uenditor, quād empor sciat naturam res  
& ualorem, nullum subfit peccatum si res vendatur  
pro maiori vel minori pretio. Quartum, An principes  
territorium per cōsuetudinem possint sibi licite appropri-  
are res. Quintum, An dicti principes possint ita distri-  
cte prohibere claram ferarum captionem, ut nullus  
subditus possit eas capere, quin granisue puniatur,  
etiam si